

Heinrich Rudolph Redecker

**Rector Universitatis Rostochiensis Heinricus Rudolphus Redeker/ I.U.D. P.P. ...
ad exequias, quas Vir ... Dn. Simon Johannes Gutzmer/ I.U.D. celeberrimus,
Syndicus Stargardensium ... Viduus maestissimus Coniugi suae
desideratissimae, Matronae ... Reginae Hagemeisters/ Hodie hora I. in aede
Jacobaea, paratas cupit, Omnes & singulos Academiae Cives, ex officio, ut
humanitates memores sint, hortatur : [P.P. Rost. 11. Oct. Anno 1666.]**

Rostochii: Kilius, [1666]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777520346>

Druck Freier  Zugang



Redeker, H. R.,
in A.R. Hagemeister,
uxor. S. J. Gutzmer.

R. 1666.

84.



5



RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
HEINRICUS RU-
DOLPHUS *Redeker/*

L.II. D.P.P. Sereniss. Ducis Mechl. Consil.

& Consistorii Ducalis Assessor,
ad exequias,
quas



VIR Amplissimus & Consultissimus

SIMON JOHANNES

Gutzmer

J.U.D. celeberrimus, Syndicus Stargardensium olim fidelissimus, nunc autem Judicij Provincialis Mechl. Advocatus eximius,

Viduus mæstissimus

Conjugi sux desideratissimæ,

Matrona Clarissima

REGINAÆ

Hagemeisters/

Hodie hora I. in ade Jacobæ, paratas cupit;

Omnes & singulos Academiæ Cives, ex officio,
uthumanitatis memores sint, hortatur.

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS K.LII, Acad. Typogr.

Anne



Salutem!



Omninoris mortalium omnium conditio est, quam nemo consilio aut studio evitare potest; ut tandem naturae debitum solvant & moriantur: quod etiam ipsa vocis significatio, qua mortales dicuntur, lucidissime ostendit. Aequali enim jure & pari lege nascitur, & quasi hospitio hujus mundi excipitur homo: aequali etiam jure, & pari lege, ex mundi hujus hospitio recedit. Quamvis enim una eademque omnibus nascendi ratio, & idem modus, homines in hunc mundum exponat, attamen non idem universis finis est, nec idem recedendi modus, licet omnes eandem humanae vitae censuram subire cogantur. Alium ex primis statim cunabulis inevitabile vocat fatum, & tanquam immaturos fructus acerbe avellit. Unde Senec.

Infanti quoque delecta mors est.

Alium in medio vitae cursu, atque adeo in ipso virilis aetatis statu, anima deserit, & cum robustiore aetatis usura fruvi cœpit, naturam cedit. Alium in extrema senectute variis incom-

in commodis fatigatum, & jam exire suapte sponte cupi-
entem, emittit; Natura siquidē naturans, quæ vitā dedit,
suo jure & arbitrio utitur, & debitū suum, à quo vult,
modo citius, modo serius, exigit. Neque hic servatur or-
do annorum, nec ratio dignitatis, nec splendor divitiae-
rum, nec formæ pulchritudo, sed ad mortem omnes ma-
turi videntur, simulac supremo vitæ necisq; dōmino id
visum fuerit, inde Poëta:

*Mista senum ac invenum densantur funera; nullum
sava caput Proserpina fugit.*

Ceterum si formatum humanæ vitæ & nativitatis ordi-
nem penitus inspexerimus, non possumus non fateri,
quod infantiam adolescentia sequatur, hanc virilis ætas,
ætatem statam senectus, senectutem autem mors: adeoq;
senex cogitur, minor autē potest mori: adeoq; saepius in-
verso mortalitatis ordine homines ad vitæ finem perve-
niunt. Uti enim fruges in terram projectæ, modo in-
herba conculcantur, ut nec virescere possint, modo in-
culmo, modo in arista avelluntur, modo autem in ipsa
maturitate metuntur: Ita hominum quidam veniunt
in lucem, sed vix stupendam creatoris fabricam intuen-
tur, quin diem absolvant: quidam in robore decidunt;
quidam autem in ipsa maturitate, herbarum instar, me-
tuntur. Exquisiti humanæ naturæ observatores, ætatem,
cujus dispositio tamen humanam prudentiam longè su-
perat, varie, prout sciendi sapiendiq; cupidovariat, dispe-
scunt, uti videre licet apud Cœl. Rhod. l. 19. c. 21. & 22. &
Zach. in Q. Medico Legal. p. 1. t. 1. Q. 2. Nec tantum in hoc,
magna quamvis opinionum dissensione, subsistunt, verū
etiam in omni ætatis parte, certis annorum numeris, &
præprimis numero septenario, magnam tribuunt vim, il-

liq; fatale quoddam inesse curiosi credunt, uti *Censorinus*
libr. de die nat. testatum reliquit. Verum enim vero ut
ut saepius ex erronea imaginatione, in annis illis, quos
climactericos vocant, & qui per hebdomadas numeran-
tur, mors uni vel alteri obtingat, nihil tamen inde ne-
cessitati annorum, sed cuncta divinæ voluntati ascriben-
da sunt. Deus siquidem, qui vitæ necisq; arbitrium ha-
bet, pro ineffabili & inscrutabili sua voluntate, modo
annos extendit, modo eos abrumpit. Ut enim illi, qui
in carcerem conjiciuntur, pro arbitrio ejus qui summum
imperium tenet, & jus terrendi habet, modo diutius vin-
culturum custodia affliguntur, modo autē oxyus liberan-
tut: Ita quidam diutius in hac vita detinentur, quidam
autem breviori annorum spatio, ex hoc mundi theatro,
ad beneplacitū divinum, emittuntur. Nam Deus vitæ
& mortis exitum in sua potestate habet, uti Psalmista &
Rex David *Psal. 68.* fatetur, & afflictissimus Hiob adpro-
bat c. 30. mortis autem hora omnibus incerta est, & homo
diem suum nescit *Eccles. 9.* Unde Deus luxurioso illi epuloni,
Stulte bac nocte animam tuam repetent à te, Luc. 12. dixit: Et Au-
gustinus, in eandem sententiam divino ore exclamat: Nescis
quā horā veniet: semper vigila, & quod nescis quando veniat,
paratum te inveniat, quum venerit; & alibi: latet ultimus
dies, ut observentur omnes dies; sero parantur remedii, cum
mortis imminent pericula. Eandem quoq; opinionem,
verbo divino ex ase respondentem, *Fæmina Clarissima*
REGINA Hagemeisters / Viri Amplissimi & Consultissimi
D.N. SIMON: JOHANNIS Guzmers / J. U. D.
celeberrimi, olim Syndici Stargardeni, hodie autem Tri-
bunalis Ducatus Mecklenb. Advocati integerrimi, amici nostræ
honorandi, cui merito, ceu viduo mestissimo, omnes condolemus,
deside-

desideratissima Coniux, cui hodie ultimus honor paratur,
exemplo nobis testatam fecit. Hec enim, uti matrona
fuit pia, nullam annorum, etatis, aut numeri hebdoma-
dum habuit rationem, sed ore simul puro, & corde de-
voto, confessa est, solum Deum dies nostros numerare,
eosq; pro suo stupendo arbitrio, modo abrumpere, modo
autem extendere. Nata autem est Matrona hac pie defun-
cta, parentibus, sive splendorem familiae, sine dignitatum offi-
cia, spectemus, honestissimis atq; clarissimis, hic Rostochii, 30.
Julii Anno 1623. adeoq; qua etatem potuit, qua virtutum or-
namenta meruit, diutius hac luce frui, & familia sua, cujus
caput & finis, solidaq; columna fuit, praesesse. Pater illi fuit
Vir Prudentissimus & Spectatissimus DN. GEORGIUS HO-
Gemeister / Senator hujus Urbis eximius & bene literatus. Ma-
ter autem muliebribus virtutibus conspicua fæmina MARGA-
RETHA Beseling. Avos habuit, paternum, Virum Amplissi-
mum & Doctissimum DN. GEORGUM Hagemeister / Se-
renissimorum Principum & Dominorum, DN. ULDARICI &
DN. JOHANNIS ALBERTI Ducum Mecklenburg.
gloriosa recordationis, Secretarium Camere Ducalis fidelissi-
mum. Avum autem maternum, Virum Prudentissimum juxta
& Doctissimum DN. CHRISTIANUM Beselin / Urbis
hujus Camerarium & Senatorem egregie meritum. Avias
autem, fæminas itidem honestissimas & virtutum decoro orna-
tissimas, Paternam, ANNAM Krügers / maternam vero
MARGARETAM Burschops. Abs hisce majoribus proge-
nista optima matrona, in primo natalium exordio, per sacrum
baptisma, ut albo civitatis Dei mature inseretur, regenita, &
ad crescentibus annis, ad cultum divinum, & rem familiarem
provide curandam, à parentibus suis, probe educata est. Adeoq;
cum virtutibus, & boni nominis famâ, inclaresceret, facile in

amorem sui, jam jam laudatum suum maritum, qui acerbe
sublatum familia & vita sua decus, ceu dimidium cordis sui,
luget, pellexit. Huic enim, honeste illam ambienti, 20. d. Oct.
anno 1640. conjugali fædere juncta est. Conjugium autem
illud, quod per 26 annos feliciter stetit, non una ex parte beatum
dicere licet, siquidem uti animorum & affectus conjugalis
equum fuit, & fidele semper inter conjuges hospitio consortium,
ita felici etiam prole benedictum. Quinq[ue] enim liberos pie
defuncta nostra, tres nimirum filios JOHANNEM GE-
ORGUM, CASPARUM HEINRICUM, & MI-
CHAELEM LAURENTIUM, quos inter hic in primo
et atis flore, ex hac vita, cuius calamitates nondum intellexit,
discessit: Primogenitus autem, certissima spei invenis, ante bi-
ennium in academiam Wittebergensem Studiorum causa ab-
legatus est, cuius conatibus honestis Deus exalte benedicat: Se-
cundo genitus, in cura Patris adhuc subsistens, summo cum dolore
svavissima matris insperatum funus luget. Duas autem filias
ANNAM MARGARETAM, & SOPHIAM MARIAM,
enixa est: Quarum illa, lectissima cæterum virgo, in sacris
patris buc dum constituta moratur. Hæc autem Viro Nobili &
Sirenuo DN. ULDARICO JOACHIMO Krüger signi-
fiero, nuptiæ data est, que dulcissimam matrem formoso nepo-
te, JOACHIMO JOHANNE dicto, beavit, adeoq[ue] avie
nomen, quod gratum & acceptum esse solet, ipsi tribuit. In vita
communi, sive cultum Divinum, sive negotia privata & fami-
liaria consideremus, talem se semper præbuit, ut pia matrone,
& optime matris familiæ laudem, omnino mereatur. Princeps
etenim ipsi cura fuit, ut Deum, à quo omnis felicitas ac benedi-
ctio, sincero pectore coleret, proinde nec conciones sacras negle-
xit, sed illis sedulo interfuit, nec domi, ut familia ejus verâ re-
ligione imbucretur, quicquam intermisit. De virtutibus reli-

quis

quis, qua sexum istum sequiorem præprimis commendant,
prolixe dicendi hic quidem locus esse posset, verum instituti no-
striratio, & programmatis angusta forma, tantam haud sere
prolixitatem. Uti autem erga Deum pietatis Zelo flagravit,
quod norunt omnes, quoiquot neverunt ipsam; Ita maritum
oculi instar venerata est, illumq; , cum ultimum vita terminum
instare viderez, ipsa consolata est, & ita infucati amoris speci-
men, agoni proxima, edidit. In liberorum cura & educa-
tione mirum quantum studii, quantumq; solertie impenderit,
rem familiarem tam studiose administravit, ut laudem inde
baud modicam consecutas sit, ita enim sumptus expendendos tem-
peravit, ne parsimonia ad sordes, nec liberalitas ad prodigali-
tatem, declinaret. Cum vicinis, omnibusq; illis quis vel amici-
tiae singularis, vel cognitionis nexu, sibi conjunctos habuit, sin-
cere, adeoq; sine adulazione vel morositate, vixit, nec operas
suas ulli, vel officium amicitiae, denegavit. Uti autem vita no-
stra multis difficultatibus sepiuscule obnoxia est, ita constanti
animo & plus quam muliebri, omnes superavit molestias: ab ho-
mine, & præcipue Christiano, alienum reputans, illi velle resistere,
quod mutare non possumus mortales. Reliquum est ut de Mor-
bo quo correpta, & mortis genere, quo ex hoc miserabili erga
stulò migravit, & beatorum consortio adsociata est, dicamus:
Die 7. Septembr. acutæ febri decumbere caput, cum autem ejus
morbi vehementiam & corporis exhausti infirmitatem augeri-
sentiret, primam curam anima habuit, siquidem XIII ejusdem
mensis die, Virum Pl. Reverendum, Amplissimum, & Excellen-
tissimum, DN. JOHANNEM QUISTORIUM SS. Ib.
D. & Profess. Celeberrimum, Ecclesieq; Jacobae Pastorem fide-
lissimum, Collegam & Amicum, nostrum sincere dilectum & co-
lendum, ad se vocari iussit, & cu animi sensa ipsi pie exposuisset,
morbique & vice periculum indicasset, prævia devota confessione,

sacra

Sacra Synaxi, inter ardentissimas preces & suspiria, usq; a est. Postea etiam corporis curam, Viris Amplissimis, Experientissimis, & Excellentissimis, DN. D. JOHANNI BAC MEISTERO Med. Profess. Publ. College & Compatrio nostro honorando, & DN. SEBASTIANO Würdig itidem Prof. Publ. & College nostro colendo, sollicite commendavit: qui fidem simul & peritiam, quā apud nos excellunt, curando morbo & restituenda sanitati, adhibuerunt: verum vis morbi, omnem artis medicae curam, & medicamentorum expertam sepius virtutem, respuit. Cum itaq; videret, quod in humanis consiliis & auxiliis nihil amplius spei esset, tota lese ad cœlestem curam composuit, adeoq;, ut adesset prefatus DN. D. QUISTORPIUS, rogavit, cuius sancto affatu & piis sermonibus erecta, se Servatori suo & Redemptori Christo unice commendavit, adeoq;, circiter horam quintam vespertinam, die quarto presentis mensis, placide obdormivit. Cum autem piae huic Matrone hodie justa sint exsolvenda, nostreri erit, Cives Academici, officii, ut presentia honorifica, suuⁿg hocce, hodie hora prima, in aede Jacobæ, terræ mandandum, honestemus. Omnes proinde ac singulos, qui humanitatis studium profitentur, amice & officiose rogo, adhortorq;, ut velint frequentes in templo Jacobæ compare, & exequias hasce honestissimas honorato confluxu exornare.

P.P. Rost. II. Oct. Anno 1666.









Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn777520346/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777520346/phys_0016)



quis, que sexum istum sequiores
prolixè dicendi hic quidem locus
firratio, & programmatis angusti
prolixitatem. Uti autem erga
quod norunt omnes, quoiquot novi
oculi instar venerata est, illumqz,
instare videre, ipsa consolata est,
men, agenti proxima, edidit. In
tione mirum quantum studii, qua
rem familiarem tam studiose adm
baud modicam consecutafit, ita en
peravit, ne parsimonia ad sordes,
tatem, declinaret. Cum vicinis, o
tia singularis, vel cognitionis nex
cere, adeoqz sine adulazione vel m
suas ulli, vel officium amicitiae, d
stra multis difficultatibus sapiuscu
animo & plus quam muliebri, omni
mine, & precipue Christiano, alien
re, quod mutare non possumus mor
bo quo correpta, & mortis genero
stulo migravit, & beatorum con
Die 7. Septembr. acutâ febri decu
mori debementiam & corporis e
sentiret, primam curam anima
mensis die, Virum Pl. Reverendu
mum, DN. JOHANNEM
D. & Profess. Celeberrimum, Eccl
lissimum, Collegam & Amicum, no
tendum, ad se vocari iussit, & cù a
morbig, & vice periculum indicass



the scale towards document

commendant
um instituti no
ntam haud fert
Zelo flagravit,
Ita maritum
vita terminum
ti amoris speci
cura & educa
tie impenderit,
et laudem inde
pendendos tem
as ad prodigali
quis vel amici
tos habuit, sin
xit, nec operas
e autem vita no
t, ita constanti
molestias: ab ho
illi velle resiste
re est ut de Mor
niseribili erga
ta est, dicamus:
cum autem ejus
nitatem augeri
lem XII ejusdem
um, & Excellen
PIUM SS. Ib.
e Pastorem fide
dilectum & co
spie exposuisset,
vota confessione,
sacra

Patch Reference Number on UTT
032

Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No.